

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces et hóstias beáti Petri Apóstolo comméndet orátio: ut, quod pro illius glória celebrámus, nobis prosit ad véniam.

Apóstoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica: ut, quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

### PREFAZIO DELLA QUARÉSIMA

#### COMMÚNIO

*Ps.* 90, 4-5 - Scápolis suis obumbrábit tibi Dóminus, et sub pennis eius sperábis: scuto circúmdabit te véritas eius.

*Sal.* 90, 4-5 - Con le sue penne ti farà schermo, il Signore, e sotto le sue ali sarai tranquillo: la sua fedeltà ti sarà di scudo.

#### POSTCOMMÚNIO

Tui nos, Dómine, sacraménti libátio sancta restáuret: et a vetustáte purgátos, in mystérii salutáris fáciat transíre consórtium. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

Laetíficet nos, Dómine, munus oblátum: ut, sicut in Apóstolo tuo Petro te mirábilem praedicámus, sic per illum tuæ sumámus indulgéntiæ largitátem.

Santificáti, Dómine, salutári mystério: quæsumus, ut nobis eius non desit orátio, cuius nos donásti patrocínio gubernári. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

O Signore, le preghiere e le offerte della tua Chiesa Ti siano raccomandate dall'orazione del beato Pietro Apostolo: affinché il sacrificio che celebriamo a sua gloria giovi ad ottenerci perdono.

Per le preghiere del tuo Apostolo Paolo, santifica, o Signore, i doni del tuo popolo: essi, che a Te sono graditi perché da Te istituiti, diventino ancor più graditi per il suo supplice patrocínio. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

Ci ristori, o Signore, la libazione del tuo sacramento, e, dopo averci liberati dall'uomo vecchio, ci conduca alla partecipazione del mistero della salvezza. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

Ci allieti, o Signore, l'oblazione offerta: affinché, come Ti riconosciamo mirabile nel tuo Apostolo Pietro, così per mezzo di lui otteniamo l'abbondanza del perdono.

Santificati dal salutare mistero, Ti preghiamo, o Signore, che non ci venga meno la preghiera di colui al cui patrocínio ci affidasti. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

*Inter Multiplices Una Vox*  
*Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana*  
c/o Nagni Sonia, via Tetti Grandi, 9 - 10022 Carmagnola (TO)  
tel: 011-972.23.21 - c/c postale n° 27934108  
Indirizzo internet: www.unavox.it - Indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

**Torino 2014 - Pro manuscripto**

### MESSALINO FESTIVO Testo latino e traduzione italiana

**PROPRIO DELLA S. MESSA**  
tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

#### Prima Domenica di Quaresima Cattedra di San Pietro, Apostolo

#### INTRÓITUS

*Ps.* 90, 15 et 16 - Invocábit me, et ego exáudiam eum: erípíam eum, et glorificábo eum: longitúdine diérum adimplébo eum.

*Ps.* 90, 1 - Qui ábitat in adiutório Altíssimi: in protectióne Dei coeli commorábitur. Glória Patri...

*Ps.* 90, 15 et 16 - Invocábit me ...

*Sal.* 90, 15 et 16 - Mi invocherà e io lo esaudirò: lo libererò e lo glorificherò: lo sazierò di lunghi giorni.

*Sal.* 90, 1 - Chi abita sotto l'égida dell'Altissimo dimorerà sotto la protezione del cielo.

Gloria al Padre...

*Sal.* 90, 15 e 16 - Mi invocherà...

#### S. MESSA SENZA GLÓRIA

#### ORÁTIO

Deus qui, Ecclésiám tuam ánnua quadragesimáli observatióne puríficas: praesta familiae tuæ; ut, quod a te obtinére abstinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exsequátur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávis regni coeléstis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidísti: concéde, ut, intercessiónis eius auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur.

Deus, qui multitudínem géntium beáti Pauli Apóstoli praedicatione docuísti: da nobis, quæsumus, ut, cuius commemoratióem cólimus, eius apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

#### EPÍSTOLA

Léctio **Epístolæ** B. Pauli Ap. ad *Corinthios*, II, 6, 1-10

Fratres: Exhortámur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiátis. Ait énim: Témpore

O Dio, che purífichi la tua Chiesa con l'annua osservanza della quaresima, concedi alla tua famiglia che quanto si sforza di ottenere da Te con l'astinenza, lo compia con le òpere buone. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. - Amen.**

O Dio, che al beato Pietro Apostolo tuo, con il conferimento delle chiavi del regno dei cieli, affidasti il potere pontificale di legare e di sciogliere: concedici, per sua intercessione, che siamo sciolti dai lacci dei nostri peccati.

O Dio, che ammaestrasti la moltitudine delle genti con la predicazione del beato Paolo Apostolo: dacci, Te ne preghiamo, che venerando la di lui memoria, ne sperimentiamo il patrocínio presso di Te. Per nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. - Amen.**

Letture della **Lettera** del B. Paolo Ap. ai *Corinti*, II, 6, 1-10

Fratelli: Vi esortiamo a non ricevere invano la grazia di Dio. Egli dice infatti: Ti esaudii nel

accépto exaudívi te, et in die salutis adiúvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Némini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spirito Sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiae a dextris et a sinistris: per gloriam, et ignobilitatem, per infamiam, et bonam famam: ut seductores, et veraces: sicut qui ignoti, et cogniti: quasi morientes, et ecce vivimus: ut castigati: et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, et omnia possidentes.

**M. - Deo grátias.**

#### GRADUALE

*Ps.* 90, 11-12 - Ángelis suis Deus mandávit de te, ut custodiánt te in omnibus viis tuis.

In manibus portábunt te, ne unquam offéndas ad lapidem pedem tuum.

#### TRACTUS

*Ps.* 90, 1-7 et 11-16 - Qui hábitat in adiutorio Altíssimi, in protectione Dei coeli commorábitur.

Dicit Dómino: Suscéptor meus es tu, et refugium meum: Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, et a verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi, et sub pennis eius sperábis.

Scuto circúmdabit te veritas eius: non timébis a timóre noctúrno.

A sagítta volante per diem, a negótio perambulante in ténébris, a ruína et daemónio meridiano.

Cadent a látere tuo mille, et decem míllia a dextris tuis: tibi autem non appropinquábit.

Quóniam Ángelis suis mandávit de te, ut custodiánt te in omnibus viis tuis.

In manibus portábunt te, ne unquam offéndas

tempo accettabile, e nel giorno della salvezza ti offrii soccorso. Ecco ora il tempo accettabile, ecco ora il giorno della salvezza. Non diamo ad alcuno occasione d'inciampo, affinché non sia vituperato il nostro ministero: ma comportiamoci in tutte le cose come ministri di Dio, con molta pazienza, nelle tribolazioni, nelle necessità, nelle angustie, nelle battiture, nelle prigionie, nelle sedizioni, nelle fatiche, nelle viglie, nei digiuni, con la castità, con la scienza, con la mansuetudine, con la soavità, con lo Spirito Santo, con una carità non simulata, con la parola di verità, con la virtù di Dio, con le armi della giustizia a destra e a sinistra; nella gloria e nell'ignominia, nell'infamia e nel buon nome: come seduttori, eppur veraci: come ignoti, eppur conosciuti: come morenti, ed ecco che siamo vivi: come castigati, ma non uccisi: quasi tristi, eppur sempre allegri: quasi mendichi, pur arricchendo molti: come aventi nulla e possedenti tutto.

**M. - Deo grátias.**

*Sal.* 90, 11-12 - Dio ha mandato gli Angeli presso di te, affinché ti custodiscano in tutti i tuoi passi.

Essi ti porteranno in palmo di mano, ché il tuo piede non inciampi nella pietra.

*Sal.* 90, 1-7 e 11-16 - Chi àbita sotto l'égida dell'Altíssimo, e si ricovera sotto la protezione di Dio.

Dica al Signore: Tu sei il mio difensore e il mio asilo: il mio Dio nel quale ho fiducia.

Egli mi ha liberato dal laccio dei cacciatori e da un caso funesto.

Con le sue penne ti farà schermo, e sotto le sue ali sarai tranquillo.

La sua fedeltà ti sarà di scudo: non dovrai temere i pericoli notturni.

Né saetta spiccata di giorno, né peste che serpeggia nelle ténébre, né morbo che fa strage al meriggio.

Mille cadranno al tuo fianco e dieci mila alla tua destra: ma nessun male ti raggiungerà.

Poiché ha mandato gli Angeli presso di te, perché ti custodiscano in tutti i tuoi passi.

Ti porteranno in palma di mano, affinché il tuo

ad lapidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis, et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum: prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Invocábit me, et ego exáudiam eum: cum ipso sum in tribulatione.

Erípiam eum, et glorificábo eum: longitúdine díerum adimplébo eum, et osténdam illi salutáre meum

#### EVANGÉLIUM

Sequéntia **S. Evangelii** secundum *Matthaeum*, 4, 1-11  
In illo tempore: Ductus est Iesus in désertum a Spíritu, ut tentarétur a diabolo. Et, cum ieiunásset quadragínta díebus, et quadragínta nóctibus, póstea esúriit. Et accédens tentátor, dixit ei: Si Fílius Dei es, dic ut lápides isti panes fíant. Qui respóndens dixit: Scriptum est: Non in solo pane vivit homo sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assúpsit eum diábolus in sanctam civitátem, et státuit eum super pinnáculum templi, et dixit ei: Si Fílius Dei es, mitte te de órsum. Scriptum est enim: Quia Ángelis suis mandávit de te, et in manibus tollent te, ne forte offéndas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus: Rursum scriptum est: Non tentábis Dóminum Deum tuum. Íterum assúpsit eum diábolus in montem excélsus valde: et osténdit et omnia regna mundi, et glóriam eórum, et dixit ei: Haec omnia tibi dabo, si cadens adoráveris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade, Sátana: scriptum est enim: Dóminum Deum tuum adorábis, et illi soli sérvies. Tunc reliquit eum diábolus: et ecce Ángeli accessérunt, et ministrábant ei.

**M. - Laus tibi, Christe.**

#### ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

*Ps.* 90, 4-5 - Scápulis suis obumbrábit tibi Dóminus, et sub pennis eius sperábis: scuto circúmdabit te veritas eius.

Sacrificium quadragesimális iníitii solémniter immolámus, te, Dómine, deprecánte: ut, cum epulárum restrictióne carnálium, a nóxiis quoque voluptátibus temperémus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per omnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

piede non inciampi nella pietra.

Camminerai sull'áspide e sul basilisco, e calpesterai il leone e il dragone.

Poiché sperò in me, lo libererò: lo proteggerò, perché riconosce il mio nome.

Appena mi invocherà, lo esaudirò: sarò con lui nella tribolazione.

Lo libererò e lo glorificerò: lo sazierò di lunghi giorni, e lo farò partécipe della mia salvezza.

Séquito del **S. Vangelo** secondo *Matteo*, 4, 1-11  
In quel tempo: Gesù fu condotto dallo Spíritu nel deserto per essere tentato dal diavolo. Ed avendo digiunato quaranta giorni e quaranta notti, finalmente gli venne fame. E accostatosi il tentatore, gli disse: Se sei il Figlio di Dio, di' che queste pietre diventino pani. Ma egli rispose: Sta scritto: Non di solo pane vive l'uomo, ma di ogni parola che procede dalla bocca di Dio. Allora il diavolo lo trasportò nella città santa, e lo pose sul pinnacolo del tempio, e gli disse: Se sei il Figlio di Dio, géttagli giú, poiché sta scritto: Ha mandato gli Angeli presso di te, essi ti porteranno in palmo di mano, ché il tuo piede non inciampi nella pietra. Gesù rispose: sta anche scritto: Non tenterai il Signore Dio tuo. Di nuovo il diavolo lo trasportò sopra un monte altíssimo e gli fece vedere tutti i regni del mondo e la loro magnificenza, e gli disse: Ti darò tutto questo se, prostrato, mi adorerai. Ma Gesù gli rispose: Vattene Sátana, perché sta scritto: Adorerai il Signore Dio tuo e servirai Lui solo. Allora il diavolo lo lasciò, ed ecco che gli si accostarono gli Angeli e lo servivano.

**M. - Lode a Te, o Cristo.**

*Sal.* 90, 4-5 - Con le sue penne ti farà schermo, il Signore, e sotto le sue ali sarai tranquillo: la sua fedeltà ti sarà di scudo.

#### SECRÉTA

Ti offriamo solennemente questo sacrificio all'inizio della quarésima, pregándoti, o Signore, perché non soltanto ci asteniamo dai cibi di carne, ma anche dai cattivi piaceri. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**